

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1616**

M ante N

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

Monstrum biforme ex portento Pasiphaes cum tauro concubitu prognatum: quod iussu Minois (ut fabulatur poeta) Labyrinthi inclusam, humanis carnibus vesceretur. Huic quotannis Athenienses ex praescripto foederis septem celsis liberis mittebant devorandos. Sed tertio anno Aegei filius Theseus sorte missus, Minotaurum occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere, fuga evasit. De hoc Virg. 6. Aem. in principio: Hic crudelis amor tauro suppositaq; turto Pasiphae, mistumq; genus, prolesq; biformis, Minotaurus inest, Venetis monumenta nefandae. Hic labor, ille domus, & inexticabilis error. Magnum reginae, sed enim miseratus amorem Dardalus, ipse dolos tecti, ambagesq; resolvit, Caeca regens filo vestigia.

Servius credit Taurum scribam fuisse Minois, qui absente rege, cum Pasiphae concubuit in domo Dardali: & quia Pasiphae eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minois, alter Tauro esset similis, factus est locus fabulae, ut Minotaurum biforme monstrum peperisse dicatur.

Minthe, *μίνθη*, a poetis Coccyi filia fuisse fingitur, quae quum Persephone cum Plutone deprehendisset, in herbam sui nominis commutavit. Nam *μίνθη* a praefixis Graecis dicebatur herba, quae postea ab odoris suavitate *id est* *μίνθη* appellata fuit. Latini unius tantum literae immutatione Mentham vocant. [Ger. *Mintze*.] Hanc fabulam tangit Ovid. 10. Metam. ad finem: an tibi quodam foemineos artus in olentes vertere menthas Persephone licuit?

Minthes, *μίνθη*, mons est Peloponnesi, non procul a Pylo: de quo Strabo lib. 8.

Minturnae, [a *μίνθη* Ptolemaeo. Ger. *Ein Stadt Italia in Campania / aetegen am fluss Liris*.] oppidum in Campania inter Sinuessam, & Formias, ad Lirim fluvium: habens propinquas paludes, in quibus Marius delitavit, fugiens proscriptorem Syllam.

Minutia, Familia non ignobilis Romae fuit.

Minutius, cognomento Augustinus, Praefectus annonae Sp. Melium regnum Romae affectantem, re ad Senatum delata, coarguit, qui postea a Servilio Hala, cum a Dictatore Quintio vocatus patre imperatorem recusasset, est interfectus. Huic, quod farris pretium trias nundinis ad eam vilitatem redegerisset, ut asse modius vaciret, tantum a plebe habitum est honoris, ut collata in capita stipe nunciaria, aenea cistatua extra portam trigeminam fuerit collocata. Autore Plin. lib. 34. cap. 5. & lib. 18. cap. 3.

Minya, *μύνη* Stephano, Thessaliae oppidum, a quo nonnulli Argonautas Minyas vocatos existimant: quoniam alii nominis huius originem ad Minyam regem referre maluerunt.

Minyae, *μύναι*, Populi Thessaliae, qui Iasonem in Colchos proficiscentem secuti sunt: qua dictione sic concenter utitur Valer. Flacc. in Argonaut. pro ipsis Argonautis. Ovid. lib. 7. Metam. Iamque fretum Minyae Pegaseae puppe secabant. Alii dicunt fuisse populos Baeotiae circa Iolicum montem habitantes: quos ita dictos voluit a Minya rege, Orchomeni filio Chryse, & nepote Neptuni.

Minyas, *μύναι*, Chryse filius a quo Minyae, quibus imperavit, nomen acceperunt. Hic quum mortales omnes suae aetatis opibus superaret, primus omnium gaeophylacium recondendum pecuniarum gratia extruxit. De hoc Pausanias, & Caellus Rhodigijs lib. 20. cap. 25.

Minyaeus, per quatuor syllabas, sive Minyaeus (ut apud Homerum legitur) per quinque, fluvius est Thessaliae, postea Orchomenus dictus, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 8. Hanc Strabo lib. 8. eundem facit cum Anigro. Homer. lib. 11. Iliad. juxta Aetacem in mare defluere tradit:

*Εσ δὲ περὶ ποταμὸς Μινυαῖος, ἢ ἄλλος βῆδρος, Ἐγγύθεν Ἀχαιῶν.*

Miritus, Vide MERITVS.

Mirobriga, *μυροβριγία* Ptolemaeo, Vulgo *Ciudad Rodrigo*, Hispaniae ulterioris urbs in conventu Cordubensi. Plin. lib. 3. cap. 1. Mirobricam vocat per secundam consonantem in ultima syllaba.

Misach, Vnus ex tribus pueris, de quibus Daniel.

Miscellus, *μίσκελος*, Crotonis urbs in magna Graecia conditor, de quo vide infra in dictione SYRACVS AE.

Miscera, *μίσκαρα*, Oppidum Siciliae apud Stephanum.

Misenus, pen. prod. *μίσενος*, Vulgo *Monte Miseno*. Promontorium est Campaniae, non procul a Cumis, nomen habens a Miseno Aeneae tubicinis illic sepulto. Virg. 6. Aen. At pius Aeneas ingenti mole sepulcrum imponit, suaq; arma viro, tumumq; tubamque Monte sub aethero, qui nunc Misenus ab illo dicitur, eternumq; tenet per secula nomen. Horat. lib. 2. Sermon. Satyr. 4: Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini.

Misetus, *μίσσητος*, pen. prod. *μίσσητος*, Oppidum Macedoniae apud Stephanum, cuius gentile est Miseticus, *μίσσητιος*.

Misgetes, *μίσγετες*, Populi Iberum, Steph.

Misina, Germaniae urbs ad Albim sita, Vulgo *Messin*.

Mispila, *μίσπιλα*, Medorum oppidum, apud Xenoph. lib. 3. expeditionis Cyri minoris. Gentile est Mispilates.

Missenia, (quod hic corrupte legebatur) Vide MESSERIA.

Mistrylus, Nomen coqui apud Martialem.

Mithridates, pen. corr. [*μίσθριδης*]. Ger. *Ein nebst seiner König in Ponte der Landtschafft*.] Rex Ponti fuit, vi tanta & avari de corporis, ut sex juges equos regetet, duarum & viginti gentium ore loqueretur. Hic dissidentibus Romanis sociis bello, Nicomedem Bithynia, Ariobarzancem Cappadocia expulit: Graeciam, insulasque omnes, excepta Rhodo occupavit: sed postea a Sylla apud Dardanium sulus, a Lucullo profligatus & exutus regno, rursus a Pompejo victus, tandem a Pharnace filio in turri obsessus, venenum sumpsit. Quumque id sepius frustra bibisset, quod adversum venena multa antea medicaminibus corpus firmaverat, immixtum percussorem Gallum, citro auctoritate vultus territus revocavit, & in eadem suam manum trepidantis adjuvit. Laboravit infamia maxima crudelitatis: nam Laodicem conjugem & sororem, praeterea matrem, fratremque ac tres filios impuberes, totidemque filias interfecit. Juvenal. Sat. 14: Ocyus Archygenem quatit, atque, cum quod Mithridates Composuit, etc. Vide Plutarchum, Appianum, Iustinum & Valerium. Alius etiam Mithridates, qui Brutus epistolae collegit: De quibus, si modo illius sunt, hoc verbi iudicium fecit: *nis regere in quibus Mithridates, a primo dicitur: & auctoritas per se, ad id est, quod in quibus dicitur, est per se, etc.*

Mithridanicum antidotum, [*μίσθριδης ἀντίδοτον*]. Ger. *Ein soubere Arznei fur gift / so König Mithridates sein gift zu wider haben / ein Zeyraido*.] a rege Mithridate nomen habet, quod primum hoc commithionis genus creditur inventum, & ad resistendum venena eo se praemuniuisse. Plin. lib. 25. cap. 2. Vni ex coccoptum quotidie venenum bibere, praesumptus remedium, in consuetudine ipsa innoxium fietet. Primo inventa genera antidoti, ex quibus etiam unum eius nomen retinet. Illius inventionem autumant, sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotum, quoniam veneno viverent.

Mitylene, nes, pen. prod. [*μίσθριδης*]. Ger. *Ein brüchti Stadt der Insel Lesbos, bestet jetzt Mithridates*.] & Mitylene, urum, Victoria Lesbos iuxta Methymnam, a cuius nomine nunc omnis insula Mitylaea appellatur. Vulgo *Methelin*. Mart. lib. 10: Quum tibi non Ephesos, nec sit Rhodos aut Mitylene. Dicitur Mitylene, ut Dioid. lib. 4. scribit, a Mitylene Machari filia. Haec nomen Mitylaea dicitur, urbs clara Pittaco ex septem sapientibus uno, & Alceae poeta, & Anaximide fratre eius, & Diophane oratore, & Theophane Pompejanorum rerum scriptore, qui Magna Pompejo admodum familiaris fuit, & ab eo in concione militum civitate donatus, ut testatur Cicero pro Archia. De hac loquitur Vitruv. lib. 1. magnifice & eleganter adificatam fuisse, sed non prudentes positam: in qua Auster quum flat, homines aegrotant: quum Cornus, tussit: quum & pectus retinuitur in salubritatem.

Mityrs, *μίσθρις*, Vt quidam, cuius status, eum a quo interfectus fuerat Mityrs, collapsa oppressit. Annot. cap. 10. de Ant. Poetica.

Mitterim, Insula ultra Britanniam sex dierum navigatione, uclib. 4. Plin. scribitur ea candidissima plumbum provenit.

Mnas, [Ger. *Ein Memauer zur zeit Pompei*.] Pirata fuit, quibus Pompei oram Italiae praedatoria classe infestabat, ut est autor Plutarchus in Antonio.

Mnasiryrium, *μνασσυριον*, Locus est in Rhodo insula, non procul a Lyndo oppido: cuius meminit Strabo lib. 14.

Mnemofyne, pen. corr. [*μνήμων*]. Ger. *Die Gedächtnis der Mutter*.] Memoniam significat, Poetae Musarum matrem faciunt, quod omnium scientiarum thesaurus memoriae beneficio & acquiritur, & conservetur, & inde Mnemolynon, [*μνήμων*]. Ger. *Die Gedächtnis der Mutter*.] penultima correpta. Dicitur monumentum, vel pignus quod ad nostri memoriam apud amicum telinquimus. Catullus: Mnemofynon mei so dalis: id est, monumentum.

Mnejarchus, *μνηάρχος*, Inter principes philosophorum Ciceroni numeratur, Academ. quaest. lib. 4.

Mnesimachus, *μνησίμαχος*, Poeta Comicus: cuius fabulae enumerantur a Suida.

Mnesitheus, *μνησίθεος*, Medicus Atheniensis, cuius meminit Galenus de Arte curandi ad Glauconem. & Mnesitheos quoque a quibusdam vocatur herba, quae notiore nomine *Boysal-mus* appellatur. Vide Dioscor. lib. 3.

Mnester, *μνηστήρ*, Agrippinae matris Neronis libertus. In Agrippina a satellitibus Neronis intercepta, ferro se transfudit: incertum charitate in patronam, an metu exitii. Autor. Corn. Tacit. lib. 14.

MNE MOA MOE MOL MOL MOM MON 205

lib. 14. Latine procum significat. Nam procerum idem est quod puellae nuptias ambio.

Mnestheus, proprie nomen viri Trojani, unius ex comitibus Aeneae, qui ab Asiaraco rege originem traxit, ut auctor est Virgilius. 12. Aeneid. Et genus Asiaraci Mnestheus. Nonnunquam vero causa metris additur e post m, ut fiat didio trisyllaba, Mnestheus. Virg. 10. Aeneid. Nec Lycio genitore minor, nec fratre Mnestheo. Na aliter non potest consistere versus, ut annotavit Servius.

Mnevris, proprie Suidae, Bos Soli facer, quem Heliopolitae pro deo colebant, in septo cum nutrites. Auctor Strabo lib. 17.

Mob, [CIN] moab, moab, Arabiae civitas, quae & Arcopolis nominatur. Inde Moabites.

Moba, moab, pars Arabiae, pro Moaba. Vnde Moabeni & Moabites. Steph. Vide MOAB.

Mocarsus, proprie, proparoxytonum, Parva regio Thraciae. Gentile moarsus, oxytonum. Steph.

Mocata, proprie, Vrbis Bithyniae. Gentile Mocatenus. Steph.

Mocle, proprie, Vicus Phrygiae, incolae Mocleni. Steph.

Modona, Vide METHONE.

Moenagus, Ptolem. Galliae Vrbis.

Moenand, Vide MENIANA.

Moenus, sive Moenis, [Vulgò Moyn] Ger. Der Moyn.] Fluvius est Germaniae, per agrum Franconensem in Rhenum defluens de quo Plin. lib. 9. cap. 13. Pomp. lib. 3. Moenim vocat in Rhenum inquit influunt Moenis, & Lupia.

Moenis, proprie, Insula est in mari Lycio: de qua Plin. lib. 5. cap. 31. Fuit praeterea hoc nomine Aegyptiorum rex, cujus opus est lacus inter Asinonitè & Memphitem Nomon manu factus, circuitu CCCCL. M. pass. qui ab illo Moenidis lacus appellatur. De hoc Plinius libro 5. capite 9. [Ger. Ein König der Aegyptier / dem erlich / sich dieben das / der großen See / Moyn / genant / weicher einum Moyn / gleich ist / genant / habe / weiches doch nicht / gleich ist.]

Moesia, proprie, Vulgò servia, servia vel desia. Ger. Euse oder Moesia.] Provincia est Europae juxta Danubium, quae a Pannonia ad Pontum usque protenditur. In ea sunt Dardani, Moesi, & Triballi, Pontoci, coelevanti Scythae.

Mogam, primum dicebatur quae postea Cappadocia, nunc autè Caesarea à Caesare, ut refert Iosephus: ut supra dictum est in Caesarea.

Moguntia, proprie, Vulgò Mogentia. A Gallis vocatur Moguntia. Ger. Moyn.] Oppidum Transalpinae Galliae ad Rhenum fluvium.

Moloch, proprie, Orator Alabandensis, qui Rhodi claruit Ciceronis aetate: cujus meminit Plutarchus in vita Cic. & Strabo lib. 14.

Molochath, Africæ sive Mauritaniae Caesariensis à Massesyliorum regione dirimens. Plinio & Salustio Mallucha dicitur.

Molochus, proprie, Dicitur fuit seneculus Arcadicus, qui ad expugnationem Iconis, Nemeae proficiscentem Herculem suscepit comiter hospitio. Cuius beneficii nomine Hercules illi sacra solennia instituit, quae Molochia dicebantur. Quia & leo ipse à nomine eius Molochus, proprie, à peccatis dicitur. De hoc Stat. lib. 4. & Servius in tertium Ibrum Georg.

Molossia, proprie, Ger. Ein Landtschaft Epiri.] Regio, pars Epiri à Molosso Pythi & Andromache filio nominata: cujus incolae etiam appellantur Molossi, proprie. Scribit Theopompus fuisse x i i i. Epirotarum gentes, è quibus celeberrimi fuerunt Chaones, & Molossi. In hac regione nascebantur egregii canes, qui & ipsi Molossi dicitur. Virg. 3. Georg. Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed una Velocis Sparthae catulos, arcentq; Molossium Pasce sero pingui. Legitur & Molossus, a. um, adjectivum Ovid. 1. Metam.

Nec contentus eo, missi de gente Molossa Obsidis unius jugulum mucrone resolvit. Molossi, proprie, ex Molossia Epiri regione mittebantur: unde & nomen acceperunt. Poetae fabulantur canes huius originem traxisse à cane aeneo, à Vulcano fabricato, quem ille Iovi, Iupiter Europae, Europa Procris, Procris Cephalo dono dedit. Vide Iul. Pollucem lib. 5. cap. 3.

Molossus, Vide in APPELL.

Molus, proprie, uxorem habuit Siden Mentari filiam, & nomen dedit insulae. Steph.

Molucha, Vide MVLVCHA.

Molus, Homero vir fuit Cretensis, & Merionis, aurigae Idomei pater.

Molybdana, proprie, Vrbis Massienorum. Auctor Steph.

Molyeria, proprie, Oppidum est Aetoliae, non procul ab Antirrhio promontorio, quod Rheum Molyericum appellavit Theopompus lib. 2.

Molyndea, proprie, prod. proprie Stephano, Lyciae oppidum.

Molyris, proprie, Libyae oppidum, à quo fuit gentilia Molytes, & Molyates. Steph.

Momemphitis, proprie, Aegypti oppidum, à quo Momemphitica praefectura apud Strabonem lib. 17.

Momus, proprie, Dens Noctæ matre (inquit Hesiodus) ac Somno parte progenitus. Huic admodum mos est, ipsum quidem nihil operis edere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari, & siquid est omisum, aut perperam factum, id summa cum libertate carpere. [Ger. Ein Scherz dem nichts gesait.] Nam proprie Graecè reprehensionem sonat. Vide de eo fabulà apud Lucianum in dialogo de haeresibus.

Monia, proprie, Ger. Ein Insel zwisch Engelhardt und Jstrandt.] Insula est inter Britannia & Hybernia sita, ut docet Plin. li. 4. cap. 16. Coru. Tacit. lib. 14. Igitur Moniam incolis validam, & receptaculum perfugarum, aggredi parat, navesque fabricatur plano alveo ad vestitus brevis latus, & incertum. Idem in Iuli Agricolae Vita. Moniam insulam, cujus possessione revocatus Paulinum, rebellionem totius Britanniae supra memoravi, redigere in potestatem animo intendit.

Monabates, proprie, Isauriae oppidum: à quo fit gentile Monabates. Steph.

Monacris, Arcadiae mons, quasi solus vertex sive sola summitas, ut notat Tortellus.

Monacum, Civitas Bavariae, Vulgò München, vide Cambodunum. Est & alia Hercyniae sylva. [Ger. Wald München.]

Monacra, Ptolemæo lib. 2. cap. 2. insula juxta Orientalem plagam Hyberniae: alio nomine Monarina dicitur.

Monapia, proprie, Insula est inter Hybernia, & Britanniam, cujus meminit Plin. li. 4. cap. 16. In emendationibus exemplaribus Monapia non Monapia legitur.

Monasterium, Vvesphaliae urbs. [Ger. Münster in Westphalen.]

Monesio, Aere fabricatus à Vulcano canis Cephalae, sive Polux quinto.

Monetia, Dicitur esse lunio à monendo. Quis enim, ut inquit Cic. lib. 1. de Divin. terramotus factus esset, ut lux plena procuratio fieret, vox ab aede lunonis ex aere exiit, quod etiam lunio Monera cognominata est. Lucanus li. 2. Numina miscet caestrensis flamma Monera.

Monetium, Oppidum lapidum prope Istriam. Strabo lib. 7.

Monsidus, proprie, Ptolemæo, Bithyniae regis filius, qui dentium loco os unum continuè habuit in superna oris parte, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 16. Vnde etiam Monodus dicitur est, quasi proprie dicitur esse: eo quod quodammodo unicum, cumque perpetuum haberet dentem.

Monsidus, cu de dipthongo. [Ger. Ein Schiffe oder Dierthoffen in Liguria / hast jant Port de Monaco dem Stationen.] Portus & fluvius quaedam Liguria, ab Albio Inanno oppido distans stadiis quadringentis & octoginta. A Monocii portu usque in Heruntiam universam littus totum unum omnino sine portu est, exceptis quibusdam parvis stationibus ad iactandas anchoras, neque is ipse est multatus, aut magnarum capax navium. Arcem habet munitissimam non procul à Nicea, quam hodie vocat Itali Monsidus. Lucanus lib. 4. solus sua litorea turbar Cicus, & sicut prohibet statione Monteci. Nominis rationem ad Herculem referunt, qui ibi aedem habebat, in qua solus colebatur.

Monogilla, proprie, (locus mutilis est Stephano.) Hinc Diana Monogillana, cui templum Dædalus extravit. Megilla enim lingua Carum lapidem sonat. Nunc vero crustaceo & molle lapides gilla nominamus. Steph.

Monsidus, proprie, Ger. Wälder in India so nur ein Schiffe mit ein breiten Fuß hat.] Homines Indici singulis cruribus: proprie enim crur dicitur. Hi & Scipinodes vocantur, quod in majori alio humi jacentes amia proprie: hoc est, umbra pedis se protegant. Vide Plin. lib. 7. cap. 2.

Mons Ferratus, [Ger. Montferat in Landtschaft Italia.] regio Italiae, cujus fines sunt, hinc Padus, inde Apenninus & Taurus amnis ex superiore parte, montes proximi Monacvetio, ubi Pedemontium incipit.

Mons sanctus, proprie, Vide PENTRIS.

Monspellitum, Galliae Nardoensis urbs. [Ger. Montpellet in Langobard.]

Mons Regius, Vrbis celebris Prusiae. [Ger. Königsberg in Preussen.]

Mons S. Annæ, in Mysia. [Ger. Sant Annen Berg.]

Monycha, chae, cum y, & ch aspiratio, proprie. Nomen est matris divi Augustini, cujus vita sanctimoniam & ipse divus Augustinus, & Maphuzus Vigijs Laudensis vates literis mandavere.

Monychus, proprie, unus fuit Centaurosum, de quo Ioven. Satyr. 1. 2. quantas jaculetur Monychus ornos. Quod autem est hoc nomen à Graeco proprie, quod perinde est, ac si Latine solungulum dicas. Hoc autem proprium equorum est epitheton, qui unicum & solidam habent ungulam. Quo